Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quoq; atq; centauros. aues. & feras. flores.
& arbores. stellas. & lapides. factos ex hominib̄
narrent fabulę. quid mirū est si ad ostenden
dam potentiam dī. & humilianda regum
superbiam hoc dei iudicio sit patratum.
Quietus eram in domo mea. & florens in pala
tio meo. siue in throno. ut interpretatus est
theodotion. Domum autē diaboli qui sensum
sequuntur ēternum mundū istum intelleguntur
de quo & in euglo ipse loquitur ad saluatorem.
Hec omnia m̄ tradita sunt. et apls dic̄. Mun
dus in maligno positus est. Somnium uidi
quod pterruit me. Respondeant quale somni
um uiderit contraria fortitudo. nisi forte
omne quod in hoc mundo habere uidetur:
umbra & somnū est. Et uisiones capitis mei
conturbauerunt me. Nota quod & nabuchodo
nosor uisiones non oculorū & cordis. sed ca
pitis nouerat. quia propt̄ glorīa seruorū dei
futurorū illi mysteria reuelantur. Donec
collega ingressus est in conspectu meo daniel.
Exceptis. lxx. translatoribus qui hęc omnia